Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26946
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dominica vicesima qta

In illo tpe loquente ihu ad turbas huic princeps vnus
accessit et adorat eu dicens Dne filia mea modo
defuncta est / sed veni impone manu tua super eam et
viuet Et surgens ihus sequebat eu et discipuli eius
Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebat per annos
duodecim / accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius
dicebat enim intra se Si tetigero vestimentum eius salua
ero At ihus conuersus et videns eam dixit Confide
filia / fides tua te salua fecit Et salua facta est mulier
ex illa hora Et cum venisset ihus in domum principis /
et vidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat / recedite
Non enim mortua puella sed dormit Et deridebant eum Et cum eiecta esset turba intrauit et
tenuit manum eius Et surrexit puella Et exiuit
fama hec in vniuersam terram